



## **De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodière

Complectens Sanctos Mensivm Novembris Et Decembris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10263**

De S. Troiano, Santonicæ ciuitatis Episcopo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

DE SANCTO TROIANO, SANTONICÆ  
CIVITATIS EPISCOPO: EX GREGORIO TVRO.  
*nensi De gloria confessorum Cap. 59.*

Novēbr. 30.

Globus lu-  
minis ingēs  
appāret S.  
Troiano.



TROIANVS Pontifex ipsius Santonicæ ciuitatis, sancto  
Bibiano coniunctus caelo, vicinus ei est & tumulo. Magne  
enim virtutis fuisse dicitur hic sacerdos. Quodam vero  
tempore, dum inter obscura noctium tempora loca fan-  
cta, quæ tunc in circuitu vrbs habebantur, vno tantum  
subdiacono comite circuiret, apparuit ei globus magnus  
luminis, quasi de caelo descendens. Cognita autem  
Dei re, ait comiti: Nè sequaris penitus, donèc ego te vo-  
cem. At ille terræ deuolutus, spectabat haud procul, quid-  
nam miraculi ageret Dei seruus. erat enim ager publicus  
in quo constiterat. Appropinquante verò lumine, cucur-  
rit sacerdos ad occursum eius, & vsque ad terram se humilians, ait: Benedic, quæso,  
mihi, beate Pontifex. Cui ille, qui aduenerat, ait: Tu mihi benedic, sacerdos Dei Troi-  
ane. Et dato sibi osculo, facta oratione, locuti sunt diuissimè simul. Subdiaconus  
verò Antonius spectans, vidit lumen, quod apparuerat, eadem, qua venerat, via re-  
uerti. Vocans itaque ad se subdiaconum Episcopus, ait: Accede nunc, vt explicemus  
coeptum iter ad visitanda sanctorum loca. Tremens verò subdiaconus, ait: Quæso,  
domine, nè despicias humilitatem meam: sed indica mihi quæ videris, animaduerti  
enim nescio quid fuisse diuinum. Cui ille: Dicam tibi, sed tu nemini dixeris. nam sci-  
to, quòd in quacunque die hæc publicaueris, ab hoc mundo migrabis. Sanctum, in-  
quit, Martinum Turonicum vidi, & ipse locutus est mihi. Cane ergò, nè cui vulgare  
audeas arcana Dei. Igitur sacerdos impleto vitæ huius cursu, obiit. Subdiaconus ve-  
rò plenus dierum, ægrè ferens quòd virtus sancti Troiani occuleretur, conuocato  
Episcopo, clericis ac quibusdam senioribus, omnia, quæ à sancto audierat, & quali-  
ter mysterium luminis viderat, quo manifestissimè fidem Troiani, Martini quæ glori-  
am patefecit, ex ordine referauit, nec quicquam ex ijs occultuit, adiciens hæc: Et vt  
probetis vera esse quæ loquor, finito sermone, finem facio vitæ. Quibus dictis, clausis  
oculis obiit, non sine admiratione adstantium. Magne igitur (vt diximus) virtutis fuit  
beatus Troianus Antistes, & honorabilis inter cunctos ciues vrbs sua.

Is fuit S.  
Martinus.

Nota pri-  
fiora deno-  
tionē erga  
reliquias.

Hic fertur, dum esset in corpore, si nouum, vt assolet, amphibalum induisset, cum  
quo procedens, diocesim circumiret: simbrige huius vestimenti à diuersis diripiebantur.  
salubre enim omnis homo computabat, quicquid ab eo rapere potuisset.

Qui sepultus in terris, caelo se viuere multis virtutibus manifestat.

Nam energumeni, frigoretici, cæterique infirmi, ple-  
runquè ad eius tumultum exorantes,  
accepta incolumitate,  
recedunt.

FINIS MENSIS NOVEMBRIS.

DE